

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

Pauore autem tēp̄. eorum ima-  
 gini. huc illucq̄ uestebatur  
 in lectulo. Jacebat in sinistro  
 latere. aspectum eorum ferre  
 non poterat. Uestebatur ad  
 parietem. ibi aderant.  
 Cumq̄ districtus nimis relaxa-  
 ri se iam posse desperaret. coepit  
 magnis uocibus clamare dicens.  
 Indutias uel usq̄ mane. indutias  
 uel usq̄ mane. Sed cum haec  
 clamaret. in ipsiis suis uocibus  
 de habitaculo suae carnis euul-  
 sus est. O equo nimirum con-  
 stat quia pro nobis ista. non  
 profē uiderit. ut eius uisio no-  
 bis proficiat. quos adhuc di-  
 uina patientia longanimitē  
 expectat. Nam illi tetros spi-  
 ritus ante moxtem uidisse. & in-  
 dutias p̄sente quid profuit.  
 qui easdem inducias quas petiit  
 non accepit. Nos ergo fratres  
 km̄. nos sollicitē ista cogitemus.  
 ne nobis in uacuum tempora  
 pereant. & tunc quaeramus  
 ad bene agendum uiuere. cum  
 iam conpellimur de corpore exire.  
 Memento te quid ueritas dicat.  
 Orate ne fiat fuga ūra hieme uel  
 sabbato. Per legis quippe  
 mandatum. ambulare longius  
 sabbato non licet. Hiems  
 quoq̄ ad ambulandum impe-

dimento est. qui aggressus am-  
 bulantium corporis frigoris  
 adstringit. Ait ergo.  
 Orate ne fiat fuga ūra hieme uel  
 sabbato. Ac si aperte dicat.  
 Videte ne tunc quaeratis pecca-  
 ta ūra fugere. quando iam non  
 licet ambulare. Illud ergo  
 tempus quo fugere non licet.  
 modo debet cogitari dum licet.  
 Illa est hora n̄ri exitus semper  
 intuenda. ista redemptoris  
 ammonitio ante mentes oculos  
 semper ponenda. qua ait.  
 Vigilate itaq̄ quia nescitis  
 diem neque horam.

**ITEM IN NATIŪ VIRGIN.**  
**LEC SCI NŪA SEC MATHIŪ.**

**I**n illo tempore. Dixit ih̄s disci-  
 pulis suis. Simile est regnum  
 caelorum thesauro abscondi-  
 to in agro. Et reliqua.

Lxxxiii

**LECTIO BEATI GREGO-**  
**RII PAPAE DE IADIM**



**LECTIONE**  
**CAELORUM**  
 regnum fr̄ km̄  
 idcirco terrenis  
 rebus simile di-  
 citur. ut ex his  
 quae animus no-  
 uit. surgat ad incognita quae  
 non nouit. Quatenus exemplo  
 uisibilium. se ad inuisibilia rapiat.

& per ea quae usu didicit .  
quasi confricatus incalescat .  
ut per hoc quod scit notum di-  
ligere . discat & incognita a-  
mare . **E**cce enim regnum  
caelorum thesauro abscondito  
in agro comparatur . quem qui  
inuenit homo abscondit . & pre  
gaudio illius uadit & uendit  
uniuersa quae habet & emit  
agrum illum . **Q**uainre hoc  
quoque notandum est . quod in-  
uentus thesaurus absconditur  
ut seruetur . quia studium caeler-  
tis desiderii a malignis spiritibus  
custodire non sufficit . qui hoc  
ab humanis laudibus non ab-  
scondit . **I**n praesenti & enim  
uita quasi inuia sumus . quae ad  
patriam pergimus . **M**aligni  
autem spiritus iter nostrum quasi  
quidam latrunculi obsident .  
**O**epredari ergo desiderant . qui  
thesaurum publice postant in-  
uia . **H**oc autem dicitur non ut proxi-  
mi opera nostra non uideant . cum  
scriptum sit . uideant opera  
uestra bona & glorificent patrem  
uestrum . sed ut per hoc quod agi-  
mus . laudes exterius non quaere-  
ramus . **S**ic autem sit opus in  
publico . quatenus intentio ma-  
neat in occulto . **U**t & de bono  
opere proximis prebeamus

exemplum . & tamen per intentio-  
nem quando soli placere quae-  
rimus . semper optemus secreta .

**T**hesaurus autem . caeleste est  
desiderium . **A**ger uero in quo  
thesaurus absconditur . disci-  
plina studii caelestis . **Q**uem  
perfecto agrum uendit om-  
nibus comparat . qui uoluptatibus  
carnis renuntians cuncta sua  
terrena desideria . per discipli-  
nae caelestis custodiam calcat .

**U**t nil iam quod caro blanditur  
libeat . nihil quod carnalem  
uitam trucidat . spiritus per hor-  
rescat . **R**ursum caeleste reg-  
num negotiatori homini simile  
dicitur . qui bonas margaritas  
quaerit . sed unam pretiosam  
inuenit . **Q**uam uidelicet in-  
uentam omnia uendens emit .  
quia qui caelestis uitae dulcedi-  
nem in quantum possibilitas  
admittit perfecte cognouerit .  
ea quae in terris amauerat .  
libenter cuncta derelinquit .

**I**n comparatione eius uilesunt  
omnia . deserta habita congre-  
gata despergit . **I**n ardore in  
caelestibus animus . nil in terre-  
nis libet . deforme conspicitur .  
quicquid de terrenae rei place-  
bat specie . quia sola pretiosae  
margaritae claritas fulget in mente .

Oecuius dilectione recte per sa-  
lomonem dicitur. Fortis est  
ut mors dilectio. Quia uide-  
licet sicut mors corpus interimit.  
sic ab amore rerum corporaliū  
aeternae uitae caritas occidit.

Nam quem perfecte absorbuerit.  
ad terrena foris desideria ue-  
lut insensibilem reddit. Neque  
enim scā haec cuius hodie natali-  
cia celebramus. mori pro dño po-  
tuisset & in corpore. si prius a terre-  
nis desideris mortua non fuisset  
in mente. Erectus namque  
in uictoriae culmine animus. tor-  
menta derisit. Premia calca-  
uit. ante armatos reges & pre-  
sides ducta stetit. feriente robur-  
tior. iudicante sublimior.

Quid inter haec nos barbati & de-  
biles dicimus. qui re ad regna  
caelestia puellas per ferrum  
uidemus. Quos ira superat.  
superbia inflat. ambitio pestur-  
bat. luxuria inquinat.

Qui si adipisci regna caelorum  
per bella persecutionum non pos-  
sumus. hoc ipsum nobis turpesit.  
quod dñm nolumus saltim per pa-  
cem sequi. Ecce nulli nr̄m hoc  
tempore dicit dñs. prome morere.  
sed inlicita tantum modo in te-  
desideria occide. Qui ergo in  
pace subicere carnis desideria

nolumus. quando in bello ip-  
sam carnem pro dño daremur.

Rursū simile regnū celorum sa-  
gae in mare missae dicitur.  
ex omni genere piscium congre-  
gati. Quae impleta ad litus  
educitur. & inuasit boni pisces  
eliguntur. mali autē prociun-  
tur foras. Scā ecclesia sae-  
comparatur. quia & piscatoribus  
est commissa. & per eam quisque  
ad aeternum regnum a praesentis  
saeculi fluctibus trahitur. ne in ae-  
ternae mortis profunda merga-  
tur. Quae ex omni genere pis-  
cium congregat. quia ad peccato-  
rum ueniam. sapienter & fatuos.  
liberos & seruos. diuites & pau-  
peres. fortes & infirmos uocat.

Vnde & per psalmistam dō dicitur.

Ad te omnis caro uenit. Quae  
saena scilicet ecclesia tunc u-  
niuersaliter repletur. cum in  
fine suo humani generis sūma  
concluditur. Quam educunt  
& secus litus sedent. quia sicut  
mare saeculum. ita saeculi finem  
significat litus maris. In quo  
scilicet fine. boni pisces inuasit  
eliguntur. mali prociuntur fo-  
ras. quia & electi quisque & in ta-  
bernacula aeterna recipiuntur  
& interni regni luce perdita ad  
exteriores tenebras reprobi per-

trahuntur. Nunc enim bonorum  
malorumque communiter quasi  
permixtos pisces fidei sagena  
nos continet. sed litus indicat.  
sagena sanctae ecclesiae quid tra  
hebat. Et quidem pisces qui  
capti fuerint mutari non possunt.  
Nos autem mali capimur. sed in bo  
nitatem permittamur. Cogi  
temus igitur in captione. ne di  
uidamur in litore. Ecce quam  
grata uobis est hodierna solle  
mnitas. ita ut se non modicum  
addicat. sicui ex hoc conuentu  
uero deesse contingat.

Quid ergo in illa die acturus est  
quia conspectu iudicis rapitur.  
ab electorum societate separatur.  
qui tenebre sunt alumine. cruci  
atur aeterna combustione.

Unde & hanc eandem compara  
tionem dominus sub breuitate aperit  
cum subiungit. Sic erit in con  
summatione saeculi. Exi  
bunt angeli & separabunt  
malos de medio iustorum  
& mittent eos in caminum ig  
nis. ibi erit fletus & stridor  
dentium. Hoc iam fratres  
karissimi timendum est magis quam  
exponendum. Apesta & enim  
uocis. tormenta peccantium  
dicta sunt. ne quis ad ignorantia  
e suae excusationem recurrere

re. si quid de aeterno supplicio  
obscurè diceretur. Unde & sub  
ditur. Intellexistis haec omnia.  
Dicunt ei. Uti quod domine. Atque in  
conclusionè subiungitur.  
Ideo omnis scriba doctus in reg  
no caelorum. similis est homini  
patri familias. proferenti de  
thesauro suo noua & uetera.  
Siper nouum & uetus quod dici  
tur. utrumque testamentum  
accipimus. Abraham doctum  
fuisse denegamus. qui noui &  
ueteris testamenti. & si facta  
nouit. minime uerba nunti  
auit. Moyses quoque docto  
patri familias comparare non  
possumus. qui & si testamentum  
uetus edocuit. nouit tamen tes  
tamenti dicta non protulit.  
Sed in eo quod ueritas dicit. om  
nis scriba doctus in regno caelo  
rum similis est patri familias.  
intellegi ualeat. qui a non debis  
qui fuerunt. sed debis qui esse  
in ecclesia poterant loquebatur.  
Quitunc noua & uetera profe  
runt. cum utriusque testamenti  
praedicamenta. uocibus & mo  
ribus locuntur. Quod ta  
men intellegi & aliter potest.  
Uetus tunc quippe humani gene  
ris fuit ad inferni claustra  
discendere. pro peccatis suis

supplicia aeterna tolerare . cui  
per mediatoris aduentum no  
uum aliquid accessit . ut si hic  
recte studeat uiuere . caeloru  
ualeat regna penetrare .

Et homo in terra editur . a corrup  
tibili uitamoriatur in caelo con  
locandus . Et tu & us itaq; est  
ut pro culpa humanum genus  
in aeterna poena intereat .  
& nouum ut conuersus in regno  
uiuat . Quod ergo in conclusi  
one locutionis suae dñs subdidit .  
hoc est utiq; quod premisit .

Prius enim de regni similitudine .  
thesaurum inuentum ac bonā  
margaritam protulit . post mo  
dum uero inferni poenas . de ma  
lorum combustione enarrauit .  
atq; in conclusione subiungit .

In deo doctus scriba in regno cae  
lorum similis est patri famili  
ar . proferenti de thesauro suo  
noua & uetera . Ac si aperte  
diceretur . ille in scā ecclesia  
doctus predicator est . qui & no  
uasit proferre de sua uitate  
regni . & uetusta dicere de terro  
re supplicii . Ut uel poene  
terreant . quos premia non inui  
tant . Audiēt de regno quod  
am & . audiat de supplicio unus  
quisq; quod timeat . ut torpen  
tem animum & terrae uehemen

ter inherentem . si amor ad reg  
num non trahit . timor min & .

Ecce enim de gehennae expres  
sione dicitur . Ibi erit fletus  
& stridor dentium . Sed quia  
presentia gaudia secuntur  
perpetua lamenta . hic fr̄r km̄i  
uanam laetitiam fugite . si illic  
flere formidatis . Nemo &  
enim potest & hic gaudere cum  
saeculo . & illic regnare cum dō .

Temporalis itaq; laetitiae fluxa  
re stringite . carnis uoluptates  
edomate . Quicquid animo  
expresenti saeculo & rid & . ex con  
sideratione aeterni ignis ama  
rescat . Quicquid in mente pu  
eriliter hilarescit . hoc discipli  
nae iuuenalis sensus coherceat .  
ut dum sponte temporalia fugitis .  
& aeterna gaudia sine labore capiat .

**ITEM IN NAT SCĒ FELI  
CITATIS SEU ET ALIAR  
SCĒ ARUM .**

**LIC SCĒ IŪA SĒC MAIH .**  
In illo tempore . Loquente ihū  
ad turbas . ecce mater eius &  
fratres stabant foris . quaeren  
ter loqui ei . Et reliqua .



**OMNIA BEATI  
GRIGORII PAP  
DE IAD UCTION .  
CĪ EVANGĒ  
li fr̄r km̄i breuis**